UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Juliana V. & M. S. Onesimus Ep. & M. S. Nicephorus M. 16. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. *Iuliana* V. Nicomedienſis à Præfecto vrbis adamata, Chriſti Spõſi ſui gratia irritamenta ſæcularia reiecit. Itaque amor Eleuſij in odium verſus, tormentis Chriſtum ab eius animo fugare decreuit. Sed nihil profecit, etſi dæmon ipſe viſibilis Virginem quoque aggreſſus ſit. Ita poſt miracula plura caput vitamque pro Domino poſuit.

2. S. Oneſimus Epiſ. ex B. Pauli Apoſtoli Schola prodijt, in qua, poſt B Timothei obitum, thronum eius & Eccleſiam Epheſi regendam ſuſcepit. Demum poſt labores Chriſti cauſa ſuſceptos Romæ lapidibus obrutus, quot ictus ferales, tot gloriæ æternæ inſignia recepit.

3. S. Nicephorus amans pacis ſupplicabat Sapritio Confeſſori, vt ignoſceret ſibi. qui cum nollet ignoſcere palmam Martyrij iam præſentem perdidit, Nicephorus accepit.

S.Juliana V.&M.S.Oneſimus Ep.&M.
S.Nicephorus M.16.Feb.

Patientia.

Viro forti ſuaviſſimus cibus eſt tribulatio *Guilielmus Pariſiens.*

Accepta ſit in conſpectu tuo Domine noſtra deuotio, & B. Iulianæ V.& M tuæ (B Oneſimi M & Pont. S.Nicephori M.tui) fiat ſupplicatione ſalutatis, pro cuius ſolemnitate defertur. Per D. N. Ieſum Chr.&c.

Ora pro Captiuis &